

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Friderici Iacobi Beyschlagii, Gymnasii, quod Halæ Suevorum est, Adiuncti, & ad ædem S. Mich. Archangeli Catechetæ extraordinarii, Sylloge Variorum Opusculorum

(Programmatum, Orationum, Epistolarum, Poematum, Dissertationum,
Aliarumque Observationum ...)

Fasciculos I.II.III.IV.V. Ab Annis MDCC.XXVII.M.DCC.XXVIII.M.DCC.XXIX.
Editos, Complexus. Cum Indice Triplici.

Beyschlag, Friedrich Jakob

Halae Suevorum, M.DCC.XXIX

Widmung

urn:nbn:de:gbv:45:1-16134

VIRO
Nobilissimo, Amplissimo atque
Gravissimo,
DOMINO
IOANNI IACOBO
BEYSCHLAGIO,

S. R. I. Liberæ & Inclytæ
Reipublicæ Suevo-Halenſis

SPLENDIDISSIMO SENATVI
per plura annorum lustra
a Secretis,

Et hoc ipſo die, quo huic Fasciculo
Patronum, cui eum dedicaturus eram, quæ-
ro, a Spectatiſſimis Patriæ Patribus in Incly-
tum Senatorum Ordinem non ſine ſin-
gulari auspicio & omine
cooptato,

Parenti meo optimo, & innumeris in-
de ab ineunte hoc, quod vivimus, Seculo, collatis
liberaliſſime in me beneficiis plus quam pater-
nis, de me longe meritiffimo, atque
etiamnum optime merenti,

Præsentem Quartum
Variorum Opusculorum
Sylloges

FASCICVLVM,

consecro, atque inscribo, ad publice significandam pietatem meam erga ipsum filialem, quæ amore, cultu, honore & veneratione continetur,

Idemque ut publicus sit interpret sinceræ meæ gratulationis, qua honorem recens in eundem collatum, excipio, Inclyto & Gratioſo Senatorum Ordini, nostro communi nomine, omne hinc genus felicitatis exoptatissimæ, Nestoreos in annos fruendæ, ex toto pectore comprecatus,

Annexo pio voto, ut & ipsi hoc honore, in familiæ decus & solatium, curarumque ac laborum, quibus prioris, quod missum nunc facit, muneris, qua potuit, fidelitate ab eo administrati, rationes innexæ sunt, aliquale sublevamen, ex animi sententia diu satis perfrui, divinitus contingat,

Paternum eius amorem porro enixe mihi expetens, obsequentissimus filius

Hale Suev. d. 19.

Iul. 1728.

FRID. IAC. BEYSCHLAG.

Series Contentorum Fasciculi IV.

- I. Sigism. Iac. APINI Schediasma de nimio eoque noxio *Historia Literaria studio*. p. 705.
 - II. - - - Oratio inaug. de *Philosophia Polemica sobrie in docendo pertractanda*. p. 716.
 - III. - - Meditatio de incremento *Physices per Medicos facta*, ad D. Io. Iac. Baierum. p. 733.
 - IV. Andr. Sam. GESNERI Programma de nonnullis *Bibliotheca Rotenburgeris ad Tubarim memorabilibus*. p. 743.
 - V. Io. Matthiæ GESNERI Epistola ad Illustriss. Dn. Frid. Gothilff MARSCHALLVM, dictum Greif, de PROBI cognomine Sereniss. Duci Saxoniae WILHELMO ERNESTO in posterum, si ita videatur, tribuendo. p. 765.
 - VI. Ge. VOGLERI Epistola ad Superattendentes Onoldinos, 1534. scripta, de *Visitatione Ecclesiarum solenni instituenda*. p. 787.
 - VII. Brevis Commonefactio de recurrente *Memoria Saculari celebris Conventus Suobacensis A. 1528. d. 14. Iunii, instituti*. Accedunt notitiæ de quibusdam *Theologis Onoldinis eius ævi*. p. 825.
 - VIII. NOVA LITERARIA, cum observationibus variis. p. 870.
 - IX. SUPPLEMENTA, Illustrationes atque Emendationes Fasc. I. huius Sylloges. p. 924.
- I. SCHE-